



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Ignatij profectus in spiritu. Cap. VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

dum admittit incautius, ac species (vt fit) speciemida-  
 cit, sensim in pristinos fluctus, astusque sollicitudinem  
 reuolutus, cum ex vna parte profus in hauriendum con-  
 fessionis mysterium iudicaret, ex altera vero id eodem  
 modo non profuisse, verum etiam nocuisse ante ce-  
 neret; ex vehementi fluctuatione tam graui radium  
 sentis miseriae mentem eius inuasit, non quidem vt in  
 morte oppetenda, sed vt de abijcienda seueritate dis-  
 plina, & seculi commodis repetendis magno quodam  
 impetu cogitauerit. Verum in tantis tentationibus in pro-  
 cellis nutanti, & in magnum adducto periculo, tempore  
 portunè radius diuinæ bonitatis affulsit, cuius bene-  
 ficio diabolica discussa caligine, totius reuerentis con-  
 scia progressusque attentè considerans, in quibus com-  
 perit, omnes illos conscientiae stimulos, vanisque sus-  
 piciones, à malo spiritu fraudulenter immixtos, ac pro-  
 inde sine vlla dubitatione constituit, praeterit vniuersi-  
 bes, quòd ad confessionem attineret, perpetua obliuio-  
 ne contere. Atque in hunc modum singulari Dei be-  
 neficio, non modò infelicem illam sui obliuioni  
 miseriam ac poenam euasit ipse, verum etiam alios co-  
 rrandi, qui eadem aegritudine laborarent, mentem à per-  
 luminum facultatem & scientiam est concessus.

*Ignatij profectus in Spiritu. Cap. VII.*



**I**SCE igitur periculis periculis ig-  
 natius, ac veluti auullus ab vniuersis  
 iores quotidie efficebat in sollicitu-  
 tute processus: & quòd acrior ac lim-  
 nior probatio fuerat, eò magis idem  
 us euasit ad noua omnipotentis Dei  
 charismata capienda: in quibus huius-  
 lud eximium. Cum enim religionis causa atheni-  
 li Apostoli extra oppidum peteret, & in ipso itinere ad  
 Rubricatum amnem, qui Minorellam interuenit, con-  
 stitisset; nec opinanti repente diuina quaedam obor-  
 ta lux est tanta, tamque mirifica, vt momentò poenitentiam



poris nullo magistro quā plurima clarè perspexerit non solum de fidei Christianæ mysterijs, verum etiam de alijs vel subtilissimis philosophorū quæstionibus atque decretis: quasi nitidissimo quodam in speculo perspicuè cerneret ea, quæ post multam accuratamque lectionem, maximosque labores ac vigilias vix demum solēt homines intelligentia comprehendere: atq; in eo cælesti profusus intuitu, non sine summa animi voluptate diutius acquiescit. Quo tanto, tamque insigni accepto beneficio, cum ad agendas Domino gratias accessisset ad Crucem in propinquo defixam; oranti sese denuo in aëre spectum illud obiecit, de quo diximus antea, sed (quæ nimirum virtus ac potestas est Crucis) nequaquam pari splendore vel pulchritudine: itaque quod suspicatus pridem Ignatius fuerat, tum denique clarè perspexit esse de monium: eodemque deinde sæpius apparente, tantū abest ut moueretur, ut illud etiam baculo per contemptū abigeret. Atque eius fere generis per id tempus planè didicimus alia multa percepit. Quodam die, dum in dicta publica supplicatione Minorellæ religiosum agmen intravit; & Ignatius interim beatissimæ Virgini psallit, insilens gradibus templi Dominicani; subito in Deum rapta mens eius est, quasi per apposita quædam, & maxime illustria symbola, Trinitatis ipsius numen augustissimum cerneret distinctum personis, vnum essentia. Qua visione tanto gaudio est delibutus, ut neque in ipso mox agmine lacrymis & singulrui crebrò temperare valuerit, neque verò totum eum diem alia vlla de re, nisi de sanctissimo illo fidei Christianæ mysterio disputare: idque tanta similitum & exemplorum varietate & copia, ut cuncti obstupescerent. quinetiam per eos ipsos dies non dubitavit homo litterarum propemodam ignarus, librum de Trinitate conscribere quoque patuit stylo: vsque adeo cælestes typi quos diximus, in eius memoria atque intelligentia diuinas illas rerum altissimarum notiones impresserant. Ac licet antea quoque & monadem in triade, & in monade triadem sanctissimè coleret, suasque & naturæ diuinæ communiter, & se

para-



paratim singulis personis preces hymnosque perfice-  
ret; ab hoc tamen raptu longè studiofior & ardentior  
uafit in eodem officio pietatis; eamque laudabilem con-  
tundinem ad extremum vsq; uitae retinuit, sic, ut peccata  
am caperet voluptatem, & proprio quodam sensu terrenam  
caelestium afficeretur, quocumque sanctissimam. Tanta  
tati sacra perageret. Neque verò fuit hic finis mirabilia  
visionum: siquidem rursus per significationes miras,  
& mystica quaedam exempla, oblarus est eius mentis  
ille rerum opifex tenuit: quas illustrationes non do-  
ctriinas, ut omnino vires naturales excedant, se postea  
negabat Ignatius posse verbis adumbrari, nec in capite  
mi. Præterea cum sacrificio Missæ in eodem templo Do-  
minicano interesset, dū à sacerdote de morte beata labo-  
rantis attollitur, apertissimè vidit Ignatius illam speciem Chri-  
stum Deum eundem & hominem verissimè contineri.  
Factum est etiam aliquando (idque ipsimet qui interfuit  
re, testati sunt) ut alienatus à sensibus, à Copte uero Sab-  
bati ad alterum vsque proximi Sabbati Comperit non  
in altissimo quodam excessu perstitit; quia tunc  
multis adstantibus qui rei totius euentu attentè specta-  
bant, quasi è profundo somno excitatus, repente subleu-  
oculos, Iesum perquam suauiter inuocans. aspiciens  
pij quidam homines mortuum rati, utique tunc mor-  
dassent, nisi contemplati omnia diligentius, ac peruen-  
to corpore, latentem in eo uitam ex tenui cordis palpa-  
tione sensissent. Ad hæc, intento precatum, Iesum  
mel rum Christus Dominus, tum Virgo marce ostendit  
quibus, & alijs id genus elementarum diuinae tabularum  
recta fide vsque adeo confirmatus est, ut etiam à quibus  
existissent Christianæ religionis monumenta, nequaquam  
monia, nequaquam tamen dubitasset, ex ijs tantum  
do quæ Deo sibi aperiente cognoras, mortem per se  
sione catholice veritatis opperere. & qui paulo ante  
vocalis nosset orationis usum, paucis mensuris  
rum spiritualium peritiam, ac tantam Dei famulatio-  
est nactus, ut quidam, eius omnia vel dicta vel facta



nosè obseruantes, in tempeſta nocte supplican-  
tem animam aduertunt (eueuante ſpiritu ſarcinam corporis) quatuor  
circiter cubitis à terra ſublimem: & quidem ex confor-  
tio ſermonis Domini (quòd de Moyſe ſcriptum legi-  
mus) tota facie mirum in modum radiante.

*De ſtudio collato ad proximos adiuuandos.*

Cap. VIII.



VAE omnia, quamquam egregia atque  
expetenda per ſe, tamen eò pluris erant  
in Ignatio faciendâ, quòd magis erant cū  
aliorum fructu & vtilitate coniuncta.  
Nam in ceteris ornâmentis ac beneficijs,  
quæ in eum Deus plena manu cõgeſſit,  
illud equidem vel præcipuum duxerim, quòd in tanto  
perfectionis ardore non dedit illi ſpiritum ſolitudinis,  
animum ve vni ſibi vacantem, ſed Chriſtianæ propagan-  
dæ fidei cupidiffimū, ac mirè ſtudioſum diuinę glorię, ſa-  
lutisq; communis. Cùm igitur acta eius in Monteferra-  
to (quamquã ea ipſe occultiffima voluerat eſſe) institu-  
tamque vitæ aſperitatem ac ſanctimoniam vicinis lo-  
cis ſama vulgaret, ac nobilitatem viri præcipuè, rumor  
(reſic) etiam in maius attolleret; ingens hominũ concur-  
ſus ad eum fieri cæptus partim viſendi gratia, partim et-  
iam conſulendi; quos ille vi omni conatu quam acerrimè  
ad Chriſtum adiungeret, neu ſqualor ille nimius, &  
diutina illuuijs ad ſe aduentibus terrorè incuteret; pri-  
mum deponere ſordes, & externũ corporis habitum eg-  
regialiqua ex parte componere: deinde cùm intelligeret  
difficilem in primis & ancipitem eſſe curationẽ animo-  
rum; quòd cautius rectiusque in re tanta procederet, ope-  
ſina ſuppliciter etiam atque etiam implorata, ſuæ cõ-  
uentionis originem, ac ſeriem, variasque tentationum  
occellas ac tenebras, & ſubſequutam mox tranquillitã-  
tem ac lucem, quàm accuratiſſimè ſecum expendens,  
ſeruum ex ijs quæ partim cæleſti magiſtro dictante per-  
ſeperat, partim etiam ipſemet experiendo cognorat, de  
fr